



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
DE PRAERO-
GATIVA CREDITORVM IN
PIGNORE VEL HYPOTHECA, ET
DE IIS QUI IN PRIORVM CREDITO-
rum locum succedunt.

AD QVAS DEO BENE IUVANTE SVB
ORDINARIO PRAESIDIO CLARISSIMORVM
consultissimorumq; virorū D. Iohannis Michaëlis Cro-
nenburgeri, & D. Iohānis Hollandt SS. LL. Licent. Di-
ctatoris & Fiscī, in almæ Agrippinensium Aca-
demiæ iuris Collegio respon-
debit.

HENRICVS *Nartfirche*.

*Anno humanæ redemptionis MD. LXXXII.
VI. Februarij.*



COLONIAE AGRIPPINAE Eeē
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

DE PRAE...

GATTVA...
PIGNORE...

AD QVAS...
ORDINATIO...

HENRICO...



COLONIA...



ORDINIS RATIO.

Superiori disputatione de pignore constituendo actum est: quoniam vero una eademque res pluribus saepe obligatur: videndum nunc qui quibus in pignore potiores sint.

Fran. Conn. lib. 4. com. iur. ciu. ca. 17. in prin. VVes. in parat. h. t. nu. 1.

THESIS I.

Potiores sumus in pignore aut ex propria persona, aut ex aliena, (a) ex propria propter tempus, pactum, Causam, Causam & personam simul, vel denique propter causationem instrumenti in hypotheca danda adhibitam. (b)

(a) sumpta est haec diuisio ex rubr. h. t. Hotom. de pign. ca. 4. in prin. (b) Hugo Donel. in l. licet, C. h. t.

II.

Tempus intelligo accepti pignoris, non quo iam ante credita pecunia, (a) vel lata sententia est: (b) idque, siue hypotheca pura & praesens sit, siue in diem aut sub conditione suspensa. Conditio autem hac a casu & fortuna vel etiam a stipulatoris, (c) non promittentis arbitri pendebit. (d)

(a) l. potior 11. h. t. Hotom. de pign. ca. 4. (b) l. si & iure 10. h. t. l. 1. si in caus. iudic. l. inter 19. & l. in iudicati 61. de re iud. (c) l. qui balneum §. 1. l. potior §. 1. ff. h. t. Balduin. in tract. de pign. & hypoth. ca. 11. Connan. lib. 4. com. iur. ciu. ca. 17. nu. 2. (d) l. potior §. si colonus h. t.

III.

Pluribus eiusdem rei pignus constituitur eodem tempore, aut diuersis. Eodem tempore, aut in solidum, & singuli aduersus extraneos interdictum Saluiianum & actionem hypothecariam habent, (a) inter ipsos vero melior est conditio possidentis: (b) aut pro partibus, & actione hypothecaria inter eos reddita (c) non Saluiano interdicto (d) pars pignoris petenda est.

(a) l. 1. de Salu. interd. l. si debitor 10. de pign. Donel. de pign. ca. 10. Cuiac. lib. 5. obs. cap. 24. (b) d. l. 1. de Salu. interd. d. l. 10. de pign. (c) d. l. si debitor §. fin. (d) l. ult. de Salu. interd. Cuiac. d. loco.

IIII.

Quid si nihil in vtramque partem dictum? pro rata & quantitate debiti singuli rem vindicabunt.

l. si fundus §. si duo de pign. Donel. de pign. ca. 10. Hotom. de pign. ca. 4. in prin.

V.

Vna eademque res pluribus, diuersis temporibus obligata, locum habet regula: qui prior est tempore potior est iure. (a) Nihil hic refert cuius generis sit pignus, conuentionale, iudiciale, an praetorium si cum precedentibus duobus concurrat. (b)

(a) l. 2. & 8. C. h. t. c. qui prior de reg. iur. in 6. (b) Gabr. Mudæus de pign. tit. quid. mod. mod. pign. vel hyp. solu. nu. 84. VVes. in parat. nu. 2. h. t.

VI.

Par eademq; ratio est plurium pratoriorum tantum, si diuersi sint edicti & tituli: (a) eiusdem edicti iure Digestorū pralationem non agnoscunt. Is enim qui prior immissus est non suo tantum sed omnium nomine possidet: (b) iure nouellarum quia pro rata cuiuslibet debiti fit immissio, (c) alter alterius immisione non indiget, nisi vnica tantum res in bonis debitoris fuerit in quam ea facta est. (d)

(a) Ant. Neguf. de pign. 2. memb. 5. part. Iacob. Cuiac. in parat. C. h. t. (b) l. si vnus ff. & l. fin. C. de reb. auct. iud. possid. l. cuius effectus 114. de reg. iur. l. 5. in prin. & §. prior ff. vt in poss. legat. nom. (c) Nouel. 53. §. vbi vero auth. ei qui C. de bon. auct. iud. poss. Contr. tenet Cuiac. in d. Nouel. 53. (d) Neguf. 2. memb. 3. part. nu. 10. vers. 3. restringe.

VII.

Locum habet regula in hypotheca tacita (a) & expressa speciali & generali: (b) adeo vt priorem generalem habens posteriori suam specialem auferre, eamq; pro arbitrio distrahere possit, licet ex alijs bonis pecuniam suam redigere queat.

(a) l. vn. C. rem alienam gerent l. si pignus & ibi Dd. h. t. VVcf. in parat. h. t. nu. 2. (b) l. qui generaliter ff. h. t. l. si generaliter C. h. t.

VIII.

Interdum tamen hic temperanda est iurisdictio vtputa si constet Creditorem Specialiter quadam & vniuersa bona generaliter pignori accepisse: tunc enim prius excutienda est Specialis, & ita demum ex generali agendum, quando specialis non sufficiet.

l. 2. & ibi Dd. C. de pignor.

IX.

Procedit regula in sorte & vsuris, (a) in bonis quesitis & querendis si hypotheca generalis sit. (b) Quid de ijs que post obligationem posterioris Creditoris obuenerunt? Prior cum posteriore non concurrat sed illi praeferatur. (c) Fiscus etiam hoc casu nullum esse prouilegium contra Comm. defendam. (d)

(a) l. Lucius & ibi gl. & Bart. h. t. Neguf. de pign. 2. memb. 5. part. nu. 9. vers. 13. Mynsing. cent. 1. obf. 59. (b) l. fin. quæ res pign. oblig. poss. vel non. (c) l. fin. in prin. h. t. l. si fundus 16. de pign. Donel. ca. 14. Connan. lib. 4. ca. 17. nu. 9. eleganter hanc quæst. examinat Neguf. de pign. part. 5. memb. 2. nu. 39. (d) l. fin. ff. h. t. Hug. Donel. d. ca. 14.

X.

Vera hæc sunt quando cum futuris etiam presentia obligantur, sin futura tantum, vel fundus cum nostri dominij esse cæperit hypotheca datus fuerit, alter altero potior non est sed concurrunt.

l. idemque §. fin. ff. h. t. Connan. lib. 4. ca. 17. nu. 1. aliter sentit, Donel. d. ca. 14.

XI.

Queritur hic vtrū prerogatiua inter creditores ex diuersis diebus, an verò vnus diei diuersis horis & momentis æstimanda sit? Mihi posterior Connani (a) placet opinio.

(a) lib. 4.

(a) lib. 4. comm. iur. ciu. ca. 17. nu. 4. Dyn. in c. qui prior de reg. iur. in 6. Gaill lib. 2. pract. obs. obs. 25. in prin. Contr. tenet, Hotom. de pign. ca. 4.

XII.

Omnibus anterioribus ex pacto potētiore est creditor in mercibus ex sua pecunia emptis, idemq; venditor in mercibus adhuc extantibus, si utroque casu res empta & vendita specialiter pignori data fuerint.

l. licet C. h. t. And. Gaill lib. 2. obs. obs. 12. & obs. 15. nu. 7. Negul. 2. memb. 5. part. nu. 17.

XIII.

Sine pacto pignoris, pecuniā tamen ad merces comparandas datā, personali actione agentibus creditor in rebus emptis praeponitur. (a) Quidam etiam hoc casu tacitam hypothecam & ex ea praeiudicium concedunt, quod non probo. (b)

(a) l. quod quis de priu. cred. vbi Zas. hanc com. dicit eleganter Vanderanus in l. cum qui nauem de priu. cred. (b) l. quamuis, C. de pig. l. licet, C. h. t. vid. Did. Couar. lib. 1. var. resolut. ca. 7. nu. 2. & 3.

XIV.

Causa praefert mutuante in refectionem & conseruationē rei tacitas & expressas hypothecas etiam anteriores habentibus. Oportet autem pecuniam ad dictā causam expressē creditam, & cum effectu in eam conuersam esse: idq; eatenus procedit quatenus pecunia necessaria fuit.

l. interdum cum l. seq. & ibi Dd. ff. h. t. Negul. de pign. 2. memb. 5. part. nu. 15. Mynsing. cent. 1. obs. 60.

XV.

Quid de eo qui in morbum funus & exequias credidit? Tacitis non expressis hypothecis anteponitur.

l. at si quis de relig. & sumpt. fun. Negul. 2. memb. 5. part. nu. 28. aliter sentit Donel. in l. licet nu. 4. h. t. C. aliter Connan. lib. 4. ca. 17. in fin.

XVI.

Propter causam & personā simul in dote eiusq; augmento potior est foemina omnibus creditoribus priuilegio temporis non etiam priori expressa conuentione munitis. (a) Excipe prioris matrimonij liberos dotem maternam repetentes, (b) eosq; creditores qui emenda militia causa marito mutuam pecuniam dederunt. (c)

(a) l. 2. de priu. filci iunct. l. si pignus ff. & l. si fundum C. h. t. l. assiduis in verb. priuilegio C. h. t. arg. l. nec auus, C. de emancip. liber. Estque haec com. opin. teste Zas. in §. fuerat Inst. de act. nu. 22. & 24. Donel. in d. l. assiduis C. h. t. Did. Couar. lib. 1. var. resolut. ca. 7. nu. 1. vers. tertia conclusio. (b) d. l. assiduis Nou. 91. & ibi Cuiac. (c) Nou. 91. §. quia vero & ibi Cuiac. auth. quo iure C. h. t. Donel. in d. l. assiduis nu. 3.

XVII.

Vincitur etiam foemina si maritus iam ante cum Fisco contraxerit, (a) vel ex causa primipilari sit obligatus, (b) in ambiguis autem cum de prerogatiua inter Fiscum & foeminam

minam non liquet, pro dote respondendum. (c)

(a) l. 2. de priuil. fisc. (b) l. satis notum, C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacite contrab.
(c) l. in ambiguis de reg. iur. l. 1. solut. matrim.

XVIII.

Quid si in refectionem & conseruationem rei, (a) vel etiam in emptionem praediorum (b) sub expresso pacto hypotheca credita sit pecunia? dotis causa adhuc praeualet.

(a) l. assiduis, C. h. tit. Salicet. in auth. quo iure cod. tit. facit l. in ambiguis de iur. dot. Negul. 2. memb. 5. part. num. 16. Donel. in d. l. assiduis num. 1. (b) auth. de aequal. dot. §. his consequens collat. 7. Bart. in l. interdum ff. h. t. vid. Did. Couar. lib. 1. var. resolut. ca. 7. nu. 2. & 3.

XIX.

Propter cautionem hypothecae praefertur posterior creditor publico instrumento munitus priori creditori, qui ex Chyrographo tantum vel instrumento priuato pignus vel hypothecam praetendit, (a) & hoc propter fraudis & doli suspicionem. (b) Quid ergo si posterior publicam hypothecam habens fateatur priuatam suam anteriorem esse? Cessante fraude & dolo priuata obtinebit. (c)

(a) l. scripturas & ibi Dd. C. h. t. (b) Gaill lib. 2. pract. obs. obs. 25. (c) Did. Couar. pract. quaest. ca. 22.

XX.

Hec de creditoribus dicta recte Paul. Castr. (a) extendit ad emptorem qui publico instrumento nixus cum creditore priuatam scripturam proferente certat.

(a) consil. 393. est enim hoc casu eadem fraudandi occasio.

XXI.

Assumit autem priuata scriptura vim publici instrumenti si probata atque integrae opinionis trium vel amplius virorum non foeminarum, (a) & ipsius quoque partis subscriptiones easque recognitas habeat. (b)

(a) l. scripturas C. h. t. Bald. & Dec. in c. 2. de fid. instrum. vbi hanc esse comm. opin. testantur, (b) vid. Did. Couar. pract. quaest. ca. 22. nu. 5. & seqq.

XXII.

Queritur hic si libri mercatorum & artificum stante sic statuto parata executionem & bona debitoris obligata habeant an hypotheca ex huiusmodi libris descendentes publico instrumento posteriori praefertur debeant? & hoc verius videtur.

Socin. consil. 240. Negul. 2. memb. 5. part. nu. 47.

XXIII.

De altero diuisionis membro, qui sc. ex aliena persona potiores sint nunc videndum, (a) ista prerogatiua acquiritur successione. Successio vero, si posterior priori offerat creditum suum & si oblatum recipere nolit legitimo modo obsignet & deponat. (b)

(a) vid. the. 1. (b) l. prior, C. h. t. l. secundus 22. de pign. C. l. potior §. fin. ff. h. t.

Competis

XXIV.

Competit hæc offerendi facultas posteriori creditori hypothecario non Chyrographario, (a) idq; etiamsi prior creditor à debitore rem pignoratam in solutum acceperit vel emerit. (b) Secus si ipse prior extraneo vendiderit. (c)

(a) l. nulla de solut. C. (b) l. i. §. i. si antiquior cred. pign. vend. (c) l. si conuenerit de pig. act. §. i. Inst. quib. alien. licet vel non.

XXV.

Fideiussor quoque siue agat, siue conueniatur, (a) item quilibet extraneus possessor (b) vel iniustus (c) rectè priori offerre possunt.

(a) l. 2. de fideiuss. Neguf. 3 memb. 5. part. nu. 32. vers. principaliter, (b) l. mulier ff. h. tit. l. Paulus §. i. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. (c) d. l. Paulus §. i. ibi qualiscunq; possessor Neguf. d. loco.

XXVI.

Impetrata successio posteriori suum pignus confirmat non tantum in sortem sibi debitam, sed & in eam quantitatem quam soluit, item & in vsuras priori prestandas non etiam in vsuras vsurarum ab ipso solutarum.

l. secundus 22. de pign. C. l. creditor §. sciendum ff. h. t.

XXVII.

Consequitur etiam posterior vendendi ius ex prioris persona si antea fortè illud non habuit.

l. Aristo. 3. quæ res pign. vel hyp. dat oblig. non poss.

PARERGA FEVDALIA.

I.

Pater in feudo nouo domino consentiente filijs suis præiudicare potest.

arg. l. qua ratione §. hæc quoque de acq. rer. dom. l. 2. si quis à parente fuer. man. Andr. de Isernia in c. 1. §. & si libellum de alien. feudi patern. Hartman. Pistor. quæst. iur. lib. 2. part. 1. quæst. 4.

II.

Fœmina per masculum à successione feudi semel exclusa eo defuncto admittenda est.

§. filia de success. feud. c. 1. in verb. donec de eo qui sibi vel hæredib. masc. & fœm. arg. l. cum acutissimi, C. de fideicom. c. 1. de duob. fratrib. à capit. inuest.

III.

Vasallus post 30. annos non tenetur domino feudi titulum suæ possessionis indicare.

c. si quis per 30. si de feud. def. content. inter dam. & agn. def.

XXIV

Compositio officii... (faint text)

XXV

Trinitatis... (faint text)

XXVI

Incipit... (faint text)

XXVII

Incipit... (faint text)

PARTEGA TERTIA

Incipit... (faint text)

Incipit... (faint text)

Incipit... (faint text)



153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus et constitutionibus Imperatorum





THESES
E P R A E R O
 TIVA CREDITORVM IN
 GNORE VEL HYPOTHECA, ET
 DE IIS QUI IN PRIORVM CREDITO-
 rum locum succedunt.

QVAS DEO BENE IUVANTE SVB
 INARIO PRAESIDIO CLARISSIMORVM
 Altissimorumq; virorú D. Iohannis Michaëlis Cro-
 burgeri, & D. Iohánis Hollandt SS.LL.Licent. Di-
 tatoris & Fisci, in almæ Agrippinensium Aca-
 demia iuris Collegio respon-
 debit.

HENRICVS Martfirche,
anno humanae redemptionis MD. LXXXII.
VI. Februarij.



COLONIAE AGRIPPINAE Ecc
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

